



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

159. Parabola undecima, Samaritani cura[n]tis eum, qui incidit in latrones.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

II. cenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ovibus. *Ioan. 10. v. 12. & 13.*

III. Ego sum pastor bonus: & cognosco meas, & cognoscunt me meæ. Sicut novit me pater, & ego agnosco patrem: & animam meam pono pro ovibus meis. *Ioan. 10. v. 14. & 15.*

IV. Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient; & fiet unum ovile, & unus pastor. *Ioan. 10. v. 16.*

MEDITATIO CLIX.

Parabola XI. Samaritani, curantis eum, qui incidit in latrones.

III. I. Quidam Legisperitus *Luc. 10. v. 25.* volens justificare seipsum, dixit ad IESUM: Et quis est meus proximus? Suspicions autem IESUS, dixit: Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliaverunt eum: & plagis impositis abierunt, semi-vivo relicto. Accidit autem, ut sacerdos quidam descenderet eadem viâ, & viso illo præterivit. Similiter & Levita, cum esset secus

locum, & videret eum, pertransijt. *LUC. 10.*
¶. 29. 30. 31. 32.

¶ II. Samaritanus autem quidam iter faci-
 ciens, venit secus eum: & videns eum, mi-
 sericordiâ motus est. Et appropians alliga-
 vit vulnera ejus, infundens oleum, & vinum:
 & imponens illum in jumentum suum, du-
 xit in stabulum, & curam ejus egit. *LUC. 10.*
¶. 33. § 34.

III. Et alterâ die protulit duos dena-
 rios, & dedit stabulario, & ait: Curam illius
 habe, & quodcumque supererogaveris, ego
 cum rediero, reddam tibi. *LUC. 10. ¶. 35.*

IV. Quis horum trium videtur tibi pro-
 ximus fuisse illi, qui incidit in latrones? At
 ille dixit: Qui fecit misericordiam in illum,
 Et ait illi IESUS: Vade, & tu fac similiter.
LUC. 10. ¶. 36. § 37.

MEDITATIO CLX.

*Parabola XII. Amici noctu petentis ab
 amico tres panes.*

I. **A**IT IESUS ad discipulos suos: Quis ve-
 strum habebit amicum, & ibit ad illum
 mediâ nocte, & dicet illi: Amice, commo-
 da mihi tres panes, quoniam amicus meus
 venit de via ad me, & non habeo, quod po-
 nam ante illum; *LUC. 11. ¶. 5. § 6.*

II. Et